Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

3

ad ipsum ut ita dicam dei verbum non tam audaci quam fe
lici temeritate prorupit. Unde et ecclesiastica nar
rat historia cum a fratribus cogeretur ut scriberet ita
facturum se respondisse si indicto ieiunio in commu
ne omnes dominum deprecarentur. Quo expleto revelatione sa
turatus. in illud prohemium celo veniens eructavit.
In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus
erat verbum. hoc erat in principio apud deum. Haec igitur
quattuor evangelia multo ante praedicta et Ezechielis quoque
volumen probat. In quo prima visio ita contexitur. Et in me
dio similitudo quattuor animalium et vultus eorum facies ho
minis et facies leonis et facies vituli. et facies aquilae.
Prima hominis facies Matheum significat. qui quasi de ho
mine exorsus est scribere. Liber generationis Ihesu Christi
filii David filii Abraham. Secunda Marcum. in qua vox leo
nis in heremo rugientis auditur

vox clamantis in heremo pa
rate viam domini rectas facite semitas eius. Tercia vituli quae
evangelistam Lucam a Zacharia sacerdote sumpsisse initium
praefigurat. Quarta Iohannem evangelistam. qui adsumptis
pennis aquilae et ad altiora festinans de verbo dei dispu
tat. Cetera quae sequuntur in eundem sensum proficiunt. Crura eorum
recta et pennati pedes et quocumque spiritus ibat. ibant et non re
vertebantur. Et dorsa eorum plena oculis et scintillae ac lam
pades in medio discurrentes. et rota in rota. in singu
lis. quattuor facies. Unde et apocalipsis Iohannis post exposicio
nem xxiiii seniorum qui tenentes citharas et fialas adorant
agnum dei introducit fulgura et tonitrua et vii spiritus